



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 32. Continet viginti octo encomia & laudes silentij, & taciturnitatis,
ex sanctis Patribus desumptas.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

cùm corporalis vt patet ex cap. 11. & 13 tùm maximè spiritualis. Vnde Prou. 18. 20. *De fructu oris viri replebitur venter eius; & gemina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors & vitam manu lingue, qui diligunt eam, comedent fructus eius. Et capit. 10. 11. Os iusti, vena vite, & os impiorum operit iniquitatem. Quæ vena non facile scindenda ne spiritus euanescant. Et de perfectissima vita loquens Dauid, Psalm. 33. 13. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem & persequere eam. Similia, 1. Pet. 3. 10.*

CAPVT XXXII.

Continet vigintiocto encomia & laudes silentij & taciturnitatis ex sanctis Patribus desumptas.

PRimò omnium Ioannes Climachus septendecim tacitur-

nitatis qualitates loco superiùs citato sic profequitur. Taciturnitas in cogitatione mater est orationis, captiuitatis reuocatio. Ignis diuini amoris obseruatio, cogitationum diligens inspectio, spicula hostium, carcer luctus, lachrymarum amica, memoriæ mortis operatrix, suppliciorum pictor, iudicij indagatrix, sagax mœroris subministratrix, inimica fiduciæ, ambitiosæ doctrinæ aduersatrix, scientiæ adiectio, speculationis opifex, secretus in Deum profectus, occultus ascensus: qui peccata cognoscit continet linguam suam, qui verò loquax est, nondum seipsum, vti oportet, agnouit. Hæc ille.

Secundò, Ioannes Abbas Montis Sinai viginti duo encomia ponit, cùm inquit: Silentium est mater orationis, ignis custodia, Episcopus cogitationum, intentio pugnantium, luctus colligatio, ami-

citia

cialachrymarum, mortis operator (intellige spiritualis) pœnæ æternæ pictor, iudicij æterni diligens inquisitor, mœstitię minister, confidentiæ propriæ inimicitia, tranquillitatis coniugalis conuictus, non apparens profectus; silentijamicus appropinquat Deo, ac libenter colloquens à Deo illuminatur. Cognoscens delicta tenuit linguam; qui verò multiloquus est nōdum cognouit seipsum sicut oportet, sollicitus de exitu, circumcidit sermones, & qui lucrum animæ possidet, quasi ignē auertit multiloquium, & quietem solitudinis diligit, os suum recludit qui nouit odorem ignis Altissimi, fugit homines quasi apis fumum. Hæc ille.

Exempla verò silentij videre poteris in toto decursu libri huius, maximè cap. 35. toto, & 47. num. 7. & hætenus de incommodis &

pericu-

periculis loquacitatis & fructibus silentij; nunc personas, tempora & loca silentij examinemus: & primò quidem, qui silere debeant, discutiamus.

QVIBVS COMPETAT
TACERE.

CAPVT XXXIII.

Quis tacere debeat: & quòd hoc in genere omni homini conueniat: & in particulari ad adolescentibus & discipulis, & linguarum donum habentibus.

PRimò, id maximè inter omnia viuentia homini conuenit. Vnde D. Iacobus amantissimus, vt eius epistola testatur, silentij, capit. 1. 19. inquit. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Hinc & Seneca de moribus. In hoc incumbere vt libentiùs audias quàm loquaris, auribus frequentius vtere quàm lingua, colligitur

In genere
nere
omnibus
conuenit
tacere.